



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 136. Opera Trithemii, ejusque controversia de Conceptione B. V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A C. 1494. dam libros, atque inter ceteros succin-
ctum tractatum *de modo confitendi Bre-*
sciæ Anno millesimo quingentesimo qua-
dragesimo secundo typis editum, necnon
quosdam sermones Italo idiomate con-
cinnatos unacum opusculo de perfectio-
ne vitæ Christianæ, quæ omnes Bernar-
dini elucubrationes typis excusæ pro-
stant.

§. CXXXVI.

Opera Trithemii, ejusque contro-
versia de Conceptione B. V.
MARIÆ.

Moguntinis etiam literis hoc anno im-
pressus prodiit liber de Scriptoribus
Ecclesiasticis, quem septem annorum la-
borem Joannes Trithemius ad hunc us-
que annum protraxit, Auctores, quos
annunciat, succincto elogio commendat,
eorumque opera, ac in toto Catalogo
nongentos circiter septuaginta Scriptores
recenset. Hoc opus diversis postmodum
temporibus Parisiis, Coloniae ac Basileæ
denuo impressum fuit.

Hist. Univ.
Paris. to. 5.
p. 811.

Hoc eodem anno Joannes Trithe-
miius publici juris fecit tractatum *de lau-*
dibus D. Annæ, ubi in capite septimo de
imma-

immaculata Beatæ Virginis conceptione Sæcul. XV.
 sermonem ingerit; hanc ejus sententiam A. C. 1494.
 quidam ex familia S. Dominici, nomine Argentre
 Wigandus Francofordiæ impugnavit, coll. judic.
 pluresque epistolas adversus Trithemium p. 331.
 vulgavit, atque occultato suo nomine
 sese *Pesantem - manum* appellitans, igno-
 to bajulo illas ad Trithemium transmisit.
 In hisce literis Trithemium, quasi de
 Conceptione B. V. perperam sentiret, in-
 simulat, ac nimia verborum vehemen-
 tia objurgat, cui Trithemius respondens
 Dominicanum asperis omnino verbis con-
 futat, perinde ac si de fidei articulo res
 esset, eidem Dei iram ac vindictam, nec
 non æternam ferme damnationem com-
 minatur. Cum hoc responso Trithemius
 misit virum quemdam satis eruditum,
 qui solerti dexteritate sua, quis sub no-
 mine *Pesantis - manus* latèret, explorabat.
 Trithemius, quocum sibi controversia es-
 set, intelligens, acrius adhuc adversarium
 suum impugnabat, nec feriabatur Do-
 minicani calamus, ac solido ferme bien-
 nio grande literarium inter eos bellum
 tenuit ambobus ingenti concitatione ul-
 tro citroque decertantibus. Prævaluit
 tamen Trithemius, pluresque Viros lon-
 ge doctissimos suæ sententiæ suffragan-
 tes habuit, qui adversus Wigandum so-
 luto æque ac ligato sermone calamum

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

frinxerunt; denique vero per Universita-
tis Coloniensis Rectorem, quem ambo
contententes summe venerabantur, con-
cordia restituta est, ita, ut Wigandus o-
pinionem suam purissimæ Conceptioni
B. V. M. contrariam revocaret, veniam-
que temeritatis suæ a Trithemio peteret.
Nihilominus FF. Prædicatores in Curia
Romana sub Alexandro VI. Papa contra
Trithemium agere cæperunt, quam-
vis vani essent eorum
conatus.

FINIS TOMI XXX.



INDEX